



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

14. Quàm graüter pecce[n]t indignè communicantes?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

accedentes conspiceremus, de libro vitæ deleri? Admiranda Dei patientia est, qui ordinariè non vult à sacerdote communicante cognosci discrimen dignè, indigneque communicantium, neque retrahi manum, etiamsi Iudas aliquis, hoc est, avarus, proditor, aut sacrilegus, impuro ore, SS. Eucharistiæ sacramento inhiet. Impunè id se isti facere putant, quia non statim puniuntur. Sed, ò Deus, omnes via tua parate sunt, & tua iudicia, in tua providentia posuisti. Iudith 9.5.

Hoc est iudicium Dei. Dignis etiam spiritualement dat escam, in tempore opportuno, indignos vel in hac plectit vita, vel in altera. Itaque qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: non dijudicans corpus Domini. Quoniam futurum est iudicium, ait Mediolanensis Antistes, ut quemadmodum accedit unusquisque, causus reddat, in die Domini nostri IESV Christi: quia sine disciplina traditionis & conuersationis qui accedunt, rei sunt corporis & sanguinis Domini. Quid est autem reos esse, nisi pœnas dare sortis & mortis Domini? occisus est enim pro ijs, qui beneficium in irritum ducunt. Propterea inter vos multi infirmi & acri, & dormiunt multi. Vi verum probaret, quia examen futurum est accipientium Domini corpus, iam hic imaginem iudicij ostendit, qui inconsideratè acceperant, dum febribus & infirmitatibus corripiebantur, & multi moriebantur, ut in his ceteri discerent, & paucorum exemplo territi emendarentur, non inultum scientes corpus Domini negligenter accipere, & eum, quem hic pœna distulerit, grauius tractatum iri, quia contempsit exemplum.

Possent eiusmodi diuinorum iudiciorum documenta etiam in ceteris Christi sacramentis data adferri, sed ea passim alibi inferendi erit locus; & hæc ipsa sufficiunt, ad nos commonefaciendos, ut in Deo magis, quàm in hominibus confidamus, & in omnibus periculis, dicamus: Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis; itémque: Tibi derelictus est pauper, & orphanus tu eris adiutor, quia oculi tui in pauperem respiciunt, & propter miseriam inopum, & gemitum pauperum exurges, quando diuites dimittes inanes. Sicut enim auis implumes & se ipsos alere non valentes pullos, maiore cura, alit, & minùs sollicita est de ijs, qui iam euolare atque in pastum ire didicerunt; ita Deus maximè indigentes maximè iuuat. Hæc est gloria eius, hæc potentia & bonitatis magnitudo; posse rebus desperatissimis succurrere, & vno verbo, posse, quod alius nemo possit: sicut & medici præstantia.

XIV.  
1. Cor. 11.  
29.  
S. Ambros.  
in 1. Cor. 11.

XV.

Psal. 107. 13